



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS

Rare Book & Special
Collections Library



MEDITATIONES de reſtaurata PACE.

Sinnbilder von dem wiedergebrachten FRIEDEN in Teutſchlandt.

Johannis Vogelij.

FRANCOFVRTI,
Apud. Joh. Dav. Zunnerum.

An den Leſer.

WAs der HERR gewürcket hat /
ſol man nirgendwo verheelen /
ſeinen Rath und ſeine That
iſt man pflichtig zuerzehlen:
Dieſes auch / daß Gottes Hand
gibt nun wider Fried im Land.
Menſchen Krafft hat nicht vermocht
allen Kriegesſturm zu ſchlichten /
was auff Witz und Macht gepocht /
ließ der Heeres-HERR zernichten;
Daß man merckte / GOttes Hand
gebe wider Fried im Land.
Dieſe hat vereint gemacht
die ſo fern entzweite Hertzen /
hat mit einem Ziel bedacht
unſer Klagen / unſern Schmertzen;
Daß wir rühmen / GOttes Hand
gebe wider Fried im Land.
Solches wird mit Bildern hier
und mit Worten fürgeſtellet /
Wo nicht etwan nach gebür /
die der klugen Welt gefellet:
wird doch klar / daß GOttes Hand
gebe wider Fried im Land.

MEDITATIONES EMBLEMATICÆ

De

RESTAURATA

PACE GERMANIÆ.

Sinnebilder

Von dem widergebrachten

Teutſchen Frieden/

Kürtzlich erklärt

Durch

Johann Vogel.

ANNO

CVM DIXerInt : paX non erIt paX , paX erIt.

VVann ſIe ettVVan ſagen: es kann nVn nIChț ſeyn/
VVIrD frIeD VVerDen.

1649.

AD MAGNIFICUM NOBILISSIMVM ET SAPIENTISSIMVM SEnatum & Magiſtratum Inclutæ Reip. Nor.

Qvanta ſeges lacrimis inerat, quas tempora belli
funeſti his oculis tot peperere modis:
Tanta venit meſſis, tulerunt quam gaudia pacis
hanc ſimul ac bonitas reddidit alta patris.
Quis non in Domini laudes eat, hincq; reſolvat
pectora, quò pleno gutture grata fluant?
O DEVS, ô pulcrè qui te noſtrum eſſe probaſti,
cum donas ultrò munera tanta, DEVM.
Nil valet hic meritum noſtrum, nil aſtus homullûm,
ſed tulit hoc ſummi gratia ſola patris.
Eſt aliquid proceres cum diſſona vota refutant,
cum ſanis faciunt conſiliisq; locum;
At precibus multò feliciùs omnia cedunt,
quæ feriunt proni tecta ſubinde poli.
Intereà ſua quò conſtet laus maxima Summo,
non ſua deſtituat laus quoque certa viros:
En vobis, Patres, mea quæ meditatio pinxit,
ut vim conſilii connotet atq; precum.
Suſcipite ô vultu, pacem quo ſuſcipit ipſam
qui cupidè: PATRIAE PAX NOVA CONSTET, ait.

Reipubl. Veſtræ devotus Civis

Joh. Vogelius.

An

An Einen Edlen Ehrnveſten/ Fürſichtigen vnd Hochweiſen Rath deß Heyl. Reichs-Statt Nürnberg.

WJe dick die Thränen-ſaat vom Kummer muſte ſtehen/
die uns deß Kriegesgrim̃ ſo viel und offt gebracht:
So luſtig ſol man nun die Frewden-Ernd angehen/
die vns der theüre Fried mit ſeinen Früchten macht.
Vnd welcher wolte nicht deß HERREN Ruhm erſchallen?
daß er für dieſe Gaab jhm Ehr vnd Danck erzeygt/
Vnd ſagt: O groſſer Gott/ auß tieffem Hertzenwallen
preiß ich dich/ daß du vns nun wider wirſt geneigt/
Hie waltet kein Verdienſt/ kein ſchlauhes Menſchen-dichten/
Es hat diß gantz allein die Himmelsgunſt gethan/
Ob es zwar etwas war/ den Frieden recht zurichten/
Wann groſſe H[illegible] jhr Recht in etwas lieſſen an.
Doch kondte das G[illegible]et ein weiters mehr erhalten/
Das ohr[illegible]höre hat am Himmel angepocht/
Daß wider [illegible]alte Fried in vnſerm Lande walten/
wie[illegible]ey dem Herren es im Ende hat vermocht.
Dem [illegible] zuförderſt Lob/ dann auch den tapffern Leuthen/
die etwas beygethan mit Eyffer vnd mit Trew:
Wie dieſes Wercklein ſucht in Bildern anzudeuten/
was etwan beyderſeits da vorgegangen ſey.
Es mahlet für/ was Gott vnd Menſchen zuzuſchreiben.
Das nehmet von mir an/ jhr Vätter vnſrer Statt/
Wie jeder wünſcht/ daß Fried vnd Ruhe ſoll bekleiben/
vnd hilfft/ ſo viel er kan vnd weiß/ mit Rath vnd That.

E. E. E. vnd H.

verpflichter Burger

Johann Vogel.

Terminum immobile fuiſſe ſaxum apud Romanos, quod illi ſub opinione imperii immoti veneratione ſuperſtitioſâ colere ſolebant, ex hiſtoria notum eſt, qua ſcribunt, Cum L. Tarquinius Rex ex voto templum vellet ædificare Jovi, omnes Deos, amotis ipſorum aris, loco ceſſiſſe, ſolo Termino nullis augurum ſacrificijs aut precibus cedente, ſed pertinaciſſimè loco ſuo hærente. Sed & auctor eſt Plato apud Græcos, à quibus Romani hanc ſuperſtitionem hauſerunt, olim amicitias atq; inimicitias ad hoc ſaxum fuiſſe terminatas. Inde ſumta fuit occaſio hujus Emblematis, quod ſignificat, patriam noſtram, ceu terminum immotum, tandem feliciſſimâ coronâ pacis oleaginâ undiquaq; ornatam fuiſſe atque exhilaratam.

Bey den Römern war ein groſſer vnbeweglicher Stein / den Sie Terminum, den Gränʒſtein / nenneten / vnd vnter dem Wahn eines daher rührenden vnbeweglichen Reichs aberglaubiſcher weiß / als einen Gott / verehrten / wie auß der Hiſtori bekannt iſt / in welcher man ſchreibet / daß / als L. Tarquinius der Röm: König / vermög eines Gelübdes dem höchſten Jovi einen Tempel bawen wolte / aller anderer Götter / derer Altär ſich von der Stelle verrucken lieſſen / gewichen / dieſer Stein allein aber / bey ſo viel vorgangenen Opffern vnnd Beten der Heydniſchen Weiſen / ganʒ vnbeweglich an ſeinem Orth verblieben ſey. Es meldet aber auch der Weltweiſe Mann Plato, daß bey den Griechen / von denen die Römer dieſen Aberglauben entlehnet / alle Freund- vnnd Feindſchafften bey einem ſolchem Stein ſeyen begränʒet worden. Dannenher iſt der Anlaß dieſes Sinnbildes genommen / welches andeutet / daß vnſer geliebtes Vatterland / als vnſer vnbeweglicher Gränʒſtein / endlich einmal mit dem höchſterwünſchten Friedens-Oelkranʒ rings herumb gezieret vnd erfrewet worden.

Hic

The Rare Book & Manuscript Library UIUC

I.

Hic belli terminus eſto.

Cum Deus è cœlis: hic belli terminus eſto:
Bellum abit, & pacis pulcra corona venit.



Hie ſol nun ſeyn deß Krieges Ziel.

Es ſagt der Himmels HErr: Hie ſey deß Krieges Ziel/
Wann er die Friedens Cron eim Land ertheilen wil.

Poſt

Poſt emiſſum corvum, quem vulgò credunt ad arcam non fuiſſe reverſum, indeq; proverbio: CORVI NUNCIUS, de eo, qui aliquò ablegatus non redit, anſam dediſſe columbas duas ad experiendum, num aquæ diluvii defluxiſſent, diſtinctis vicibus à Noacho emiſſas fuiſſe ſacra tradit hiſtoria. Earum prior rediit quidem, quia non invenerat, ubi pes ipſius requieſceret, ſed vacua: altera verò cum reverteretur, ſecum attulit frondem oleaginam, in ſignum pacis jam inter DEUM offenſum & humanum genus certæ. Quemadmodum verò non ſine maximo gaudio Noachus columbam iſtam excepit: ſic & nos lætum de confectâ pace patriæ noſtræ nuncium meritò non ſine ingenti animi lætitiâ accipimus, utque perennet, & ſubinde magis magisque confirmetur, & piis votis & mutuis congratulationibus unicè precamur.

Nach dem der Noah auß ſeiner Archen einen Raben außgelaſſen/ von welchem man ins gemein hält/ daß er nicht wider kommen/ vnd daher dem Sprichwort Anlaß geben/ daß die Lateiner einen Boten/ der deß Widerkehrens vergißt/ Corvi nuncium, einen Rabenbotten nennen/ berichtet die heilige Geſchicht/ daß eben derſelbe Patriarch zwo Tauben außgelaſſen/ vmb zuverſuchen/ ob das Waſſer der Sündflut gefallen were? Deren die eine zwar/ dieweil ſie nicht gefunden/ wo jhr Fuß ruhen köndte/ lär wider zuruck geflogen/ die andere aber/ als ſie wider kam/ ein Oelzweiglein mit ſich gebracht / zum Zeichen daß nunmehr zwiſchen dem erzürneten Gott/ vnd dem Menſchlichen Geſchlecht der Fried gewiß were. Gleich wie aber der Noah nicht ohne ſehr groſſe Frewde die Tauben empfangen / alſo nehmen auch wir nicht ohne höchſte Erfrewlichkeit vnſers Hertzens die liebliche Mähr von dem erwünſchten Frieden vnſers Vatterlands an / vnd bitten mit inniglichen Seufftzen/ vnd gewechſelten Glückwünſchungen hertzlich/ daß ſie beſtändig ſey/ vnnd täglich je mehr vnd mehr bekräfftiget werde.

Spe-

Specioſa en nuncia Pacis!

Quàm ſpecioſa fuit rediens cum fronte columba;
Redita tàm nobis pax ſpecioſa venit.



Wie lieblich iſt der Friedensbott!

So lieblich mit dem Zweig deß Noahs Taube kam/
So lieblich kompt auch vns der edle Friedens Nahm.


Olea arbor eſt aſpectu lætiſſima, ſuis præſertim fructibus ornata, qui delicatorum quorundam palato ſunt gratiſſimi: veruntamen finem, quem natura inſtituit, non habent, niſi oleum inde fluat, cujus multiplicem in vita communi & in medicinâ uſum experimur. Oleum autem ut fluat, non unus requiritur labor, uti videre eſt apud Plinium lib. 15. cap. 5. qui & trapetis meminit, quo tandem, ut olivum fluat, baccæ premuntur. Quando verò olea ſignum eſt Pacis, olivum hîc pro gratiſſimo fructu pacis accipitur, quam poſt multos virorum principum labores, communeſque omnibus penè patriæ locis non ſine lacrymis effuſas preces tandem nobis cœlitus datam eſſe, in DEI ter OPT. MAX. gloriam, & virorum illuſtrium, qui labores iſtos maſculè ſuſceperunt & peregerunt, gratam famam meritò publico hoc Emblemate utimur.

Der Oelbaum iſt dem Anſehen nach ein ſehr lieblicher vnd erfrewlicher Baum / wann er ſonderlich mit ſeiner Frucht gezieret iſt / welche zwar dem verwehnten Maul wolgeſchmack fürkommet / aber doch das Ende noch nicht erreychet / zu welchem ſie die Natur gibt / wo nicht das Oel davon fleußt / deſſen vielfältigen Gebrauch vnd Nutzen wir in der Artzney / vnd täglich gemeinem Leben erfahren. Daß aber das Oel flieſſe / wird vielfältige Mühe erfordert / wie bey dem Plinius im 15. Buch am 5. Capitel zu ſehen / der auch der OelPreß / oder OelMühl gedencket / mit welcher das Oel endlich auß den Beern herauß gedrungē wird. Wann aber der Oelbaum ein Fürbild deß Friedens iſt / wird das Oel hie für die höchſt angenehme Frucht deß Friedes genom̃en / welche / nach dem ſie / nach ſo viel Bemühungen hochangeſehener Perſonen / vnd ſo vielfaltig durch vnſer gantzes Vatterland nit ohne reiche Zähren auffgeſchüttetes Gebett / vns endlich von dem Himmel herab ertheylet worden / gebrauchen wir vns / dem höchſten Gott zu Ehren / vnd der Bemühung gemeldter hochanſehnlicher Leuthe / welche dieſe Arbeit auff ſich genom̃en / vnd ſo hertzhafft fortgeſetzt haben / billichem Ruhm / dieſes offentlichen Sinnbildes.

III.

Tandem exurgetur olivum.

Poſt varias clades, poſt totq; pericula, tandem
Exurgent pacem conſilia atq; preces.



Man preßt das Oel im End herauß.

Wie endlich man das Oel auß ſeinen Beeren preßt /
Der Friede mit Gebet vnd Rath ſich zwingen läßt.

Facilius Elephas per foramen acus , Hebræorum eſt proverbium, de re, quam inter ea, quæ fieri non poſſunt, ſe meritò numerare credunt. Horſum oculum ſuum reflexit Salvator noſter, quando faciliùs Camelum per foramen acus tranſire poſſe dixit, quàm divitem, ſuis opibus nimis fidentem, intrare in regnum cœlorum. Neq; enim audiendi ſunt, qui Cameli nomine funem nauticum intelligi volunt. Reclamat illis ſcriptio nominis Græca, Syrus interpres, & hoc ipſum, quod in Hebræorum reperitur jure, adagiũ. Servit autem ejus pictura contrà illos, qui & præſentem pacificationem Germaniæ ad finem deduci poſſe nimiâ quâdam diffidentiâ de auxilio divino deſperabant. Vident quippè oculis ſuis, camelum iſtum tranſiiſſe, & omnipotentiæ cœleſtis indicium toti mundo oſtentare.

Leichter geht ein Elephant durch ein Nädelöhr/führen die Hebreer ein Sprichwort/von einem Ding/das ſie vnter die jenigen/ die vnmöglich ſcheinen / zehlen. Hierauff hat vnſer Heyland ſonders Zweiffel geſehen/ wann er/ daß ein Cameel leichter durch ein Nadelöhr gehe / als ein Reicher in das Himmelreich/ der ſich auff ſeinen Reichthumb zu ſehr verläßt/ geſagt hat. Dann man muß hierinnen denen nicht Gehör geben/welche durch das Cameel ein Schiffſeyl verſtehen wollen. Es iſt jhnen zuwider nicht allein das Griechiſche Wort / welches in dieſem Spruch gebrauchet wird/ſondern auch der Syriſche Dolmetſcher/vnd dieſes Sprichwort/ welches in der Hebreer Recht gefunden wird. Es dienet vns aber die Abbildung deſſelben wider die jenige / welche auß einem allzugroſſen Mißtrawen an der Hülff GOttes faſt alle Hoffnung wegen deß gegenwärtigen FriedenSchluſſes fallen laſſen. Dann ſie ſehen nur mit Augen/ daß dieſes Cameel durchgegangen/ vnd die Bezeugung der Göttlichen Allmacht der gantzen Welt darſtelle.

Fiunt, quæ poſſe negabas.

Poſſe negas an adhuc per acum tranſire camelum?
Germanam pacem quando redire vides.



Was du nicht glaubteſt / das geſchiht.

Wie? ſoll nicht ein Camel durch eine Nadel gehn?
Wann du den Teutſchen Fried ſetzt wider ſihſt entſtehn.

Aridam Aaronis virgam in pulcherrimum amygdalorum fructum refloruiſſe, res eſt ſingularis miraculi: ſed & ſæpiùs cum vere redeunte ſurculos nonnullos, quos omnem vigorem & ſuccum amiſiſſe credebamus, prçter expectationem hortulani florem protrudere videmus. Idem accidit patriæ noſtræ Germaniæ, cujus tranquillandæ ſpes penè videbatur decollaſſe. Sed ecce! DEI clementiæ & potentiæ in acceptis ferendum eſt, quod & illa vividum ſuccum recolligit, & pacem repullulaſcentem prçter multorum ſuæ prudentiæ nimiùm tribuentium fidem oſtendit, immò renatum planè omnium oculis exponit.

Daß die verdorꝛte Ruthe deß Aarons wider gegrünet / vnnd eine ſehr ſchöne Mandelfrucht getragen / war ein ſonderliches Wunderwerck. Wir ſehen aber auch / daß mit dem wider angehenden newen Frühling etliche Stämlein / da wir vermeynt / ſie hätten alle Safft vnd Krafft verlohren / vber verhoffen deß Gärtners / Blüe vnd Frucht treiben. Eben dieſes widerfähret auch vnſerm lieben Teutſchland / von welchem faſt alle Hoffnung entfallen war / daß es wider ſolt beruhigt werden: Aber ſihe! wir haben es der Güt vnd Allmacht Gottes allein zuzuſchreiben / daß daſſelbe wider einen lebendigen Safft erholet / vnnd den new herfür grünenden Fried / wider vieler / die jhrer Witz gar zu viel trawten / Glauben zeyge / ja daß er allbereyt herfür gewachſen / männiglich für die Augen legte.

V.

Patriæ ſpes arida floret.

Arida ſpes quamvis fuerit, fert patria florem:
Arida ſuccreſcunt vota rigante Deo.



Es blüht offt/ was verdorret ſchien.

Es ſchoſſet offte new/ was dürre ſchien/ herfür/
Der Friede blüht/ wann Gott die Mittel feuchtet hier.

Obviam

Obviam ire tentat lemma iſtud ſiniſtris rumuſculis quorundam, qui plus nimio de eventu Conſultationum publicarum ſolliciti, ad quodvis ſiniſterius nuncium penè exanimati omnem ſpem lætioris exitus adjiciebant: parùm memores, quantū momenti res, de qua agebatur, in ſeſe haberet, & quanta nubes obſtaculorum modò èx hac, modò ex iſta cœli plaga ingruere poſſet. Quam tamen per Dei clementiam, conſiliorum ſolertiâ & precum pertinaciâ optatiſſimus docuit eventus fuiſſe diploſam atq; ſubmotam, quod ſoli Deo aſſcribendum eſſe, ipſa res clamat.

Dieſes Bild vnterſtehet ſich den vngleichen Außſprengungen etlicher Leuthe/ welche ſich vber den Außgang der öffentlichen Berathſchlagungen gar zu ſehr bekümmerten/ vnd/ auff eine jegliche vngleiche Poſt erſchrecket/ alle Hoffnung deß Friedens hinwurffen/ wenig ingedenck/ was für eine Wichtigkeit die Sach/ davon man handelte/ in ſich hielte/ auch wie ſo eine groſſe Wolcke der Hindernüſſen von aller Gegend deß Himmels herein brechen köndte. Daß aber dieſelbe mit Verleihung Göttlicher Gnade/ durch fleiſſige Fortſetzung der vorgegangenen Berathſchlagungen vnnd Vnabläßlichkeit deß Gebets zertrieben vnd hinweg gebracht worden/ bezeuget der gewünſchte Außgang/ welcher GOTT allein zuzuſchreiben/ wie die Sach ſelbſt offentlich bezeuget.

Haud ictu concidit uno.

Conſiliis proceres ſanis dum fibritùs inſtant.
Nos precibus, patriæ pax reparata redit.



Der Baum fällt nicht von einem Streich.

In dem der Obere mit Rath hält dapffer an/
Der Vntre mit Gebet/ kompt Fried auff vnſern Plan.

 Ejus-

Ejusdem penè cum priori argumenti. Eſt enim feſtinatio inimica conſilij, & qui nimium præcipitat ad interitum ruit. Quin nec penes hominem ſunt viæ conſilii & auxilii, ſed penes DEUM, qui cum vult juvare oppreſſos, molimina quidem tarda neſcit, ſed ſæpiùs audaculorum aciem confundit, & horæ ſuę terminum certum definit. Ad hunc autem etſi lento gradu tendat, tandem tamen, uti vult & quando vult, illuc pervenit. Id quod etiam in hâc difficilima pacis deliberatione teſtatum fecit. Sumtam verò eſſe occaſionem hujus lemmatis ex apologo de certamine aquilæ & cochleæ, utra prior ad terminum præfixum perveniret, facilè, qui attendit, intelligit.

Faſt gleiches Innhalts mit dem vorhergehenden. Dann eilen ſtehet nicht bey dem bedacht/ vnd wer ſich vbereilet/ der kompt dem Vntergang nahe. Es ſtehen auch die Mittel vnd Wege der Hülff vnnd deß Raths nicht bey den Menſchen; ſondern bey GOtt/ welcher zwar von ſaumſeligen Mühwaltungen nichts weiß/ wann er den Vntergedruckten helffen wil; jedoch aber je zuweiln der thumkühnen Scharpffſinnigkeit zu Schanden macht/ vnd ſeines Stündleins Ziel gewiß beſchreibet. Ob er aber wol almählig zu demſelben fortſchreitet/ kommet er doch endlich/ wie vnd wann er wil/ dahin/ welches er auch in dieſer vberauß ſchweren Friedenshandlung bezeugt gemacht hat. Es ſihet aber ein jeder leicht/ daß dieſes Bild auß der bekandten Fabel von dem Wettſtreit deß Adlers/ vnd der Schnecke/ welcher auß jhnen beyden ehe zu dem beſtimbten Ziel gelangen köndte/ genommen ſey.

Iuvat & procedere lentè.

Quò non conſilii citò vis humana penetrat,
Cœlicus huc lento pervenit ordo gradu.



Man gehet auch gemächlich weit.

Wo kluge Menſchenwitz nicht eylend dringt hindurch/
Da find der Himmelsſchluß almählig eine Furch.

Deo favente livor haud quicquam valet, Deoque non favente nil labor valet. ſolebant etiam gentiles veritatis calculo ſtabilitum agnoſcere. Quantò magis agnoſcant Chriſtiani, qui omnem vim conſilii & auxilii è cœlo petendam & expectandam, eſſe ſacris oraculis moniti probiùs nôrunt. Innuit itaque lemma iſtud, omnia conſilia humanitùs ſuggeſta futura fuiſſe vana, immò etiam bonam partem ſubdola, niſi divina ſapientia, quid tandem è re patriæ verè futurum eſſet, deliberantium animis cœleſti ſuâ gratiâ ſuppeditaſſet. Cui ſoli in ſolidum hoc opus aſſcribendum eſſe, malleus è cœlo ſuper incudem demiſſus innuit.

Wo GOtt geit/ da hilfft kein Neid/ vnd wo GOtt nicht geit/ da hilfft kein Arbeit/ pflegten auch die Heyden für ein wahres Wort zu halten. Wie vielmehr aber ſollen es die Chriſten für wahr erkennen/ welche auß Erinnerung der H. Schrifft gewiß wiſſen/ daß aller Nachdruck deß Raths vnd der Hülffe von dem Himmel herab zu bitten/ vnd zuerwarten ſey. Deutet demnach dieſes Bild an/ daß alle menſchliche Anſchläg vergeblich/ ja auch betrüglich geweſen weren/ wo nicht die Göttliche Weißheit/ was dem Vatterland fürträglich war/ den rathſchlagenden Gemüthern durch ſeine Himmliſche Gnad an die Hand gegeben hätte. Daß aber ſolches derſelben einig vnd allein zuzuſchreiben ſey/ gibt der Hammer vom Himmel ab/ auff den Amboß gerichtet/ zuverſtehen.

Maxima vis cœli eſt.

Vis hominum quod non poterat, nec fortè volebat
Cudere, procudit cœlitùs acta manus.



Die Krafft deß Himmels kan es thun.

Was Menſchen Krafft nicht kondt/vnd etwa wolte nicht/
Das hat deß HErꝛn Hand vom Himmel ab verꝛicht.

Cor regis eſt in manu Domini ſapientis eſt effatum. Cui adſtipulatur Pſaltes: Cor hominis, inquit, dirigit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus ejus. Quippè proponit homo, ſed diſponit, qui convertit cor inimici: ut faciat & conſentiat, quod, absque hoc ſupremo Numinis fuiſſet momento, nunquam fortè fuiſſet facturus. Sanè hoc eveniſſe in præſenti pacificationis negocio, nemo Chriſtianorum tàm bardus eſt, qui non intelligat, nec tam faſtuoſus, qui non fateatur. Itaque quicquid hic ſeritur, & quicquid metitur, clementiſſimo divini numinis afflatui eſt aſſcribendum.

Deß Königs Hertz iſt in deß HERRN Hand / ſagt der weiſe Mann. Dieſem pflichtet auch David in ſeinen Pſalmen bey. Der Menſch/ſagt er/nimpt jhm ſeinen Weg für/ aber der HERR richtet ſeinen Gang. Dann der Menſch nimpt jhm zwar etwas zu Sinn / aber der ordnet alles/ welcher deß Feindes Hertz wendet/ daß es thue vnd verwillige/ was es niemals würde gethan haben/ wo es ohne Bewegniß der Göttlichen Allmacht geweſen were. Fürwar es iſt niemand vnter den Chriſten dieſer Zeit ſo vnverſtändig/ der nicht verſtünde / auch niemand ſo ſtoltz vnd vbermüthig/ der nicht geſtünde/ daß dieſes in gegenwärtiger Friedenshandlung geſchehen ſey. Was demnach hie geſtrewet / vnnd was eingeerndet wird/ das muß man dem Göttlichen Eingeben zuſchreiben.

Sic cordaque flectit Olympus.

Omnia qui flectit, flexit quoq; corda regentum:
Hinc patriæ tandem pax animata viget.



Der Himmel wendt die Hertzen ſo.

Der alles kan/der hat der Fůrſten Hertz gewand/
Daß wider Friede wo[illegible]t in vnſerm Vatterland.

Uti, dicente Vate, non eſt malum in Civitate, quod non fecerit Dominus: ita nec bellum, niſi Deus ſiverit aut iuſſerit. Inde & penes hunc ſolum eſt, gladium, quem percuſſori tradidit, repoſcere, & quicquid armorum eſt, confringere. Id quod & Pſalmus quadrageſimus ſextus apertis verbis docet; & ipſe Dominus Zebaoth, in quo in tumultibus hiſce bellicis unum noſtrum erat confugium, re ipſa effuſiſſimè demonſtravit.

Wie nach Auſſag deß Propheten kein Vbel in der Statt iſt / das der HERR nicht gemacht hätte: Alſo auch kein Krieg / den der HERR nicht zuläſſet / oder zu führen geheiſſen hätte. Dannenhero ſtehet es auch bey dieſem allein / das Schwerdt / das Er dem Todtſchläger in die Hände gegeben / wiederumb abzufordern / vnd was Waffen heiſſet / zu zerbrechen. Welches auch der ſechs vnd viertzigſte Pſalm mit außtrücklichen Worten lehret / vnnd der HERR der Heerſcharen ſelbſt / zu welchem wir bey dieſem Kriegs Vnweſen die einige Zuflucht hätten / in der That auff das allerläuterſte dargethan hat.

X.

Clypeum confringit & Haſtam.

Cum volet omnipotens, clypeum confringit & haſtam,
Atq; ſolo pacis munera certa facit.



Schild/Schwerd vñ Spieß zerſchlägt der Herꝛ.

Wann Gottes Allmacht wil/ligt Schild vnd Schwerdt
vnd Spieß/
Damit das Frieden=Heyl dem Lande ſey gewieß.

Siſyphi fabula nota eſt, ſaxum ſummo niſu volventis, ſed nihil proficientis: cum ſaxum idem ſubinde denuò volvendum relabatur. Sunt huic non diſſimiles, qui indignantur, deliberationes publicas de pace finem aſſecutas, nec eò uſque productas fuiſſe, donec totus mundus, ad votum Tyranni Romani, igni miſceatur. Quorum gregi non ineptè accenſeas, qui novis quibusdam vaticiniis nimis creduli, neſcio quod aureum ſeculum poſt ſatis diu continuatum bellum ſibi imaginantur.

Der Poeten Gedicht von dem Siſyphus / der mit höchſter Bemühung einen ſehr groſſen Stein gegen einem Berg waltzet / aber weil eben derſelbe Stein jmmerdar wiederumb zuruck fället / nichts außrichtet / iſt bekandt. Dieſem ſeynd nicht vngleich die jenigen / welche vnwillig ſeyn / daß die offenbare Berathſchlagungen vber dem Frieden jhre Endſchafft erlanget / vnnd nicht ſo weit fortgeführet worden / biß nach dem Wunſch jenes Römer-Tyrannen / die gantze Welt mit Fewer vermiſchet werde. Welcher Hauffen nicht vnbillich die jenigen beygezehlet werden / welche etlichen newen Weiſſagungen zu viel glauben / vnnd jhnen / weiß nicht was für eine guldene Zeit nach lang genug fortgeſetztem Krieg / einbilden.

XI.

Quanti res iſta pericli eſt!

Siſyphus ut ſaxum, ſic pondera volvere belli
Qui volet, hic vanâ cum ratione ſapit.



Ach wie gefährlich iſt die Sach!

Wer jmmer fort vnd fort die Kriegslaſt waltzen wil/
Hat in dem Kopff nur Dunſt/ von der Vernunfft nit vil.

Quando Noachus diluvii periculum enaverat, & ex arcâ ſuâ cū omni familiâ ſalvus proceſſerat, aram extruxit Domino, de omni munda pecude & volucri eidem obtulit ſacrificium: Cujus fragrātia ita delectatus fuit Dominus, ut ſtatueret, ſe terræ propter hominem non amplius maledicturum. Qui tot & tanta pericula vidit, cum quibus patria noſtra per tres annorum decades abſq; pauſa fuit conflictata, & jam tandem lætum exitum adeſſe conſpicatur: ſanè bipedum ingratiſſimus juxta & nequiſſimus ſit oportet, ſi & ipſe de grata oblatione, pro tanto munere exoptatiſſimæ pacis non cogitet. Quæ verò non ſolum in labiorum motatione, ſed & in cordis ardore pio atq; perpetua manuum vocationis agitatione conſiſtat, quô & Deo grata fiant, & homini utilia; ne miſericordiſſimus pater denuò cauſam capiat, quod non ex merito noſtro, ſed ſuo gratioſo arbitrio nobis dedit, ad ſe retrahendi, & terram noſtram graviori malo mulctandi. Quod ut ne fiat;

Tu facies noſter pater optime, gloria ſumma
Cui manet, æternum dum tua vita manet.

Als Noah der Gefahr der Sündflut in ſeiner Archen entkom̃en/ vnd ſam̃t ſeinẽ gantzen Hauß/ auß derſelben wieder herauß gegangen war/ bawete er dem HErrn einen Altar/ vnd opfferte jhm von allem reinen Vieh vnd Gevögel. Es hatte aber der HErr an dem ſüſſen Geruch deſſelben ein ſolches wolgefallen/ daß er beſchloſſe/ er wolte die Erde wegen deß Menſchen nit mehr verfluchen. Wer die ſo vil/ vñ ſo groſſe Gefahr mit Augen angeſehen/ mit welchẽ vnſer liebes Vatterland diſe 30. Jar vber ſo vbel iſt geplagt worden/ vnd erblicket nun derſelben Außgang mit Frewden/ der müſte fürwar der allervndanckbarſte vñ loſeſte Menſch ſeyn/ wañ er nit auch auf ein angenemes Opffer/ für diſe ſo groſſe Gab deß hochgewünſchten Friedens gedächte. Welches aber nit nur in bloſſer regung der Lippen/ ſondern auch in brünſtiger andacht deß Hertzens/ vñ vnabläſſiger verrichtung deß Beruffs beſtehen ſol/ damit/ was Gott angenehm/ vnd dẽ Menſchen nützlich iſt/ in das Werck geſetzet werde/ vnd nit etwan der barmhertzige Vatter vrſach neme/ was er ohne vnſern Verdienſt auß ſeiner Gnaden wilkür gegeben/ wider zu ſich zunehmen/ vnd vnſer Land mit einer noch ſchwerern Straff zubelegen/ welches daß nit geſchehe/ verleyh O Vatter du/ dem wir die Ehre geben die im̃er ewig bleibt/ weil ewig bleibt dein Leben.

Tanto pro munere grates.

Offerimus meritò tanto pro munere grates,
Quas cor, quas poterit noſtraq; ferre manus.



Für ſolche groſſe Gaabe danck.

Wir bringen dir zu Danck für ſolche groſſe Gaab/
HERR/ vnſer Hertz vnd noch all vnſrer Hände Haab.


XIII.

Artem augurandi apud Romanos ſingulari ſive miraculo ſive artificio ſtabilitam eſſe recenſet Livius, quando Accium Navium, inclytum illius temporis augurē, novacula, à Tarquinio Priſco Rege porrectâ, cotem diſſecuiſſe memorat. Quæ aut qualis illa novacula fuerit, hiſtoricus non addit. Vulgarem verò fuiſſe, inde videtur colligi poſſe, quod ipſe augur eam ſibi nō ſumſerit aut elegerit, quippè qui de hac ſciſſura ne cogitaverat quidem; ſed à Rege augurii auctoritatem eludere conante, demum acceperit. Unde non deſunt, qui huic vel miraculo vel artificio magicum quiddam ſubfuiſſe haud præter rationem credunt. Quidquid verò ſit, videtur tamen majus quiddam extra omnem ſuperſtitionis opinionē, præſtitiſſe D. Thomas de Aquino, quem ajunt ad obſervationem motuum cœleſtium confeciſſe cultrum, quo poſtea incudem ferream potuerit diſſecare. Quod quidem ſi ita eſt, longa ſanè tēporis mora requiſita fuit, donec culter iſte hunc in modum perficeretur, & ad tantā duritiem præpararetur. Vellicat verò hoc ipſum nobis aures, ut, cum nihil ſine juſto tempore perfici poſſit, aliter in arduo pacificationis negotio evenire non potuiſſe, haud inviti agnoſcamus.

Es erzehlt der Röm. Hiſtorienſchreiber Livius, daß die Vogelſchawers Kunſt durch ein ſonderlich Wunder oder Kunſtſtuck bey den Römern ſey bewärt gemacht worden/ wann er beſchreibt/ daß *Accius Navius*, dazumal ein berümbter Vogelſchawer/ mit einem Schermeſſer/ das jhm von dem König *Tarquinius Priſcus* vberreycht worden/ einen Wetzſtein voneinander geſchnitten habe. Was diß für ein Schermeſſer geweſen/ wird nit eben beſchrieben. Daß es aber ein gemeines Schermeſſer geweſen/ erſcheint daher/ dz der Vogelſchawer/ der noch auf einen ſolchen Schnitt keinen Gedancken gehabt/ daſſelbe jhm nit ſelbſt erwöhlt/ oder genomen/ ſondern von dem König der die Vogelſchawers Kunſt in einen Spott ſetzen wolte/ empfangen hab. Daher dann etliche der Meynung ſeyn/ es ſey etwas zauberiſches mit vntergelauffen. Dem ſey aber wie jhm wolle/ ſo hat es doch das Anſehen/ als hab der hochgelehrte Mañ Thomas von Aquin ein gröſſerers ohne einigen Verdacht eines Aberglaubens verrichtet. Wañ er/ wie man ſagt mit fleiſſiger in achtnehmung deß Himmelslauffs ein Meſſer zugerichtet/ mit welchem er einen eiſern Amboß zerſchneiden können. Wann nun diſes wahr/ hat es vil vnd lange Zeit erfordert/ biß das Meſſer alſo völlig gemacht/ vnd zu einer ſolchen härten zubereytet worden. Welches vns dann erinnert das/ dieweil nichts auſſer der rechten Zeit geſchicht/ wir auch bekeñen müſſen/ es habe mit der langwürigen Friedenshandlung anderſt nicht daher gehen können.

Nil fit ſine tempore juſto.

Omnia çeu numero conſtant & pondere certo,
Tempore ſiç juſto pax bene facta ſtetit:



13

Es geht nichts recht an vor der Zeit.

Wie alles in der Zahl beſteht vnd im Gewicht/
So ſteht zu rechter Zeit der Fried auch auffgericht.


Pecu-

Peculiare miraculum fuit, idq; perinſigne, quando Deus Iſraëlitis per tot annorum ſeriem panẽ de cœlo in deſerto depluit, miſſo exinde ſemine quod populi colligentis ore Man aut Manna fuit appellatum. Simile penè miraculum dixeris, quando Deus patriæ noſtræ multis in locis deſerti ſpeciem præ ſe ferenti, cœlitùs quaſi pacis media demiſit, & ad eorundem propagationem atque confirmationem ſubinde majora adminicula oſtendit. Reviviſcet profectò ſeminum iſtorum projectione patria noſtra, &, quod in illâ macie & fame penè contabuerat, reſumet vires: dummodò nos ipſi ſemina iſta rectè collegerimus, nec invidia & ſimultatibus mutuis eorum incrementa impediverimus, aut omninò peſſundabimus. Quod quidem apud Iſraelitas iis contigit, qui vel nimis avari vel nimis increduli mandatum Domini in collectione obſervandum ſusque deque habere non dubitaverunt.

